



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Vita SS. Martyrvm Hemiterii, & Chelidonij Calaguritanorum, filiorum  
Marcelli Centurionis, ex ea quam Prudentius pulcherrimo versu cecinit.  
Martyrij coronam percepere Christi Anno 298. Marcelli Pap. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

que à fraude ac fallacijs, quas hominibus solet  
 intendere, coarceret. Hoc modo cum Deum o-  
 culis, repentino victimam fontibus supernataf-  
 se, arque ita rem illam quam tantoperè mirari  
 consueuerant, in nihilum interiisse; vsque adeò  
 nullum in posterum in eo loco ex ea omninò  
 crederetur miraculum.

Est autem martyrij palmam consecutus cum  
 supradicti martyris extremis interesset exequijs,  
 et capite casum cadauer subiectis suis humeris,  
 et subtrata, qua induebatur veste exciperet.

Asterius  
 martyrio  
 occumbit.

VITA SS. MARTYRVM HEMITERII,  
 et Chelidonij Calaguritanorum, filiorum Marcelli  
 Mauritaniensis; ex ea quam Prudentius pulcherrimo  
 versu cecinit. Martyrij coronam percepere  
 Christi Anno 298. Marcelli Pap. II.

Vide Cæs.  
 Baro. Tom.  
 2. Anna.

Diocletian. & Max.

Imp. XV.

**H**emiterius & Chelidonium militaris glo-  
 riæ laude insignes, postquam multo tem-  
 pore Cæsari præclaram in rebus bellicis  
 operam nauassent, secumque animis reputarent,  
 longe clariorem eam esse gloriam, quæ ardenti  
 mentis studio, vni Christo, abiectis cruentis sæuæ  
 militariæ armis, militat: consilium inter se inierunt,  
 quomodo à Cæsaris castris ad cælestia se trans-  
 ferrent. Atrox tunc summæ crudelitatis tempe-  
 stas in Christianæ fidei cultores grassabatur, om-  
 nesque omnium generum homines per horren-  
 da supplicia ad impium deorum cultum quære-  
 bantur, cum hi duo præclari milites mutuis co-  
 hortationibus se ad certamen pro Christi gloria  
 libeundum excitabant. Nosne, dicebant, ad im-  
 mortalem gloriam creati, & preciosissimo con-  
 ditoris

3. Martij.

Mutua co-  
 hortatio, ad  
 certamen  
 subeundum;

ditoris nostri sanguine redempti, perituris sim-  
tius feriemus? & ad Dei similitudinem scilicet  
matique terrenis scicibus immorabimur? Nun-  
quid ad ludum, ad iocum nati sumus? Nun-  
quid ad inanem gloriam, durissimo huius molis  
studio consecrandam procreati? Pudeat diuini  
cæcis errorum tenebris inuolui, quin potius ad  
verissimæ virtutis & sempiternæ gloriæ excellen-  
tiam aspiremus.

Tribuno mi-  
litia se si-  
stant ac Cæ-  
saris, militiæ  
renunciâtes  
liberè Chri-  
stum profi-  
tentur.

His cohortationibus mutuis egregiè conditio-  
mati, alacri animo ad militiam, cuius impetum persequi  
aurea quoque collo detracta torque, militiam seponen-  
ant. Haftenus, inquit, Cæsari militauimus. Nunc  
verò, quoniam summus ille Imperator clementer  
rem benignitatis suæ lucem mentibus nostris im-  
misit, & ad cælestis gloriæ præmia vocare digno-  
tus est, certum deliberatumque est ad illius castra  
transire. Clarissima enim Angelorum stipendia  
vehementer nos inflammant, ut pro Christi sum-  
mi æternique Dei gloria ad extremum vitæ spiri-  
tum decertemus. Nam ij, quos vos deos putatis di-  
uinisque honoribus, cæci scelere & amentia, affi-  
citis, vanissima sunt simulacra, nec ullam vobis o-  
pem aut salutem præstare possunt.

Inijciuntur  
eis vincula.

Hæc cum magna animi libertate & constantia  
dixissent martyres, varia statim suppliciorum ge-  
nera parantur. Et primo quidem rigidissima ma-  
nibus iniecta vincula, grauissimoque ferri pō-  
dere onerati sunt: multisque catenarum amplexi-  
bus circūdati, ad supplicium tracti. Factum est ve-  
rò (vt refert Prudentius) temporum malicia & ty-  
rannorum scelere, qui martyrum præclara certa-  
mina ex omni memoria hominum collere con-  
nati sunt, vt multæ chartæ, quæ res gestas illustri-  
simorum martyrum continebant, intercederent  
acque

aque hoc modo horum martyrum certamina, magna ex parte interierint.

At verò cum in certaminis loco præclari martyres confisterent, fideique suæ rationem inuictis inimicis testarentur, mirabilis quidam splendor circa eos apparuit, qui instar candidissimæ nubis paulatim sursum ascendit, donec prouolutis in terram genibus martyres Christo ardentius supplicarent, & sic ipsum cælum penetrare visus est. Mirabat hoc spectaculo, ingenti horrore perfusa, multitudine populi, ipseque carnifex pauore ta-  
 sedens manum retraherebat; qui tamen, nè optata martyres gloria diutiùs fraudarentur, ictum per-

Præclara apud eorum sepulcra eduntur miracula, & demones ab obsessis corporibus præsentis martyrum virtute fugantur, & homines in scelere obstinati, si fortè accedant, horribili cruciatu torquentur. Alij à prauitate vitæ ad honestam pietatisque studium excitantur. Alij à varijs languoribus mirabiliter curantur; nemoque nõ, quicumque accedit, martyrum virtutem, Christi gratia & benignitate experitur.

VITA SANCTI CALVPPANI RECLV-

scilicet ea qua est per Gregorium Turonen. Episcopum. Migravit è corpore Anno Domini 579.

Regij Pap. secundi 2. Iustini  
 Jun. Imp. 14.

Caluppanus cum ab ineunte ætate miro pietatis studio flagraret, tradidit se monasterio Meletensi apud terminos Aruernos; ubi tanta vitæ austeritate, tantaque cibi parcimonia diuinis rebus incumberebat, vt communem cum fratribus manuum laborem, nimia inedia attritus

Caduntur gladio martyres.

Miracula apud eorum sepulcra.

Vide Czfca. Baro. Tom. 7. Annal.

3. Martij. Caluppanus ab ineunte ætate monachus.